



**Concilia Provincialia Mediolanensis Sex**

**Borromeo, Carlo**

**Venetiis, 1602**

De Testibus Synodalibus, Prouincialis, & Diœcesanæ Synodis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](#)

- 41 Cancellarius autem, à promotore rogatus omnis quotidianæ Sessionis, tūm matutinæ, tūm pomeridianæ acta publica conscribat, in librumque certum referat.
- 42 Peracta demum tota vniuersitatis diei Sessione, Episcopus de more solemniter benedicat.
- 43 His decretis de Synodi Diocesanæ habendæ ratione, atque usu per nos editis, addi, atque de his mutari aliquid in ijs, quæ aut ad dirigendæ Synodi rationem, ordinemus, aut ad decretorum Prouincialium, aliarum sanctionum promulgationem pertinet, Episcopo ex cœlum, prout ex Synodi suæ Diocesanæ usu esse videbitur.

### De Testibus Synodalibus Prouincialis & Diocesanæ Synodus.

S V M M A R I V M.

- 1 Synodales testes diligendi.
- 2 Quique, quot, & à quibus.
- 3 Metropolitani eos non eligentium pena.
- 4 Episcoporumq; eos non eligentium pena.
- 5 Idemque præsentes, iurant; & quid; quaque formula. 10.
- Quando item, & ubi. De Synodo Diocesana, nro. 28. & 29.
- 6 Eisdem à Synodo absentibus, quid à Metropolitano, & quid ab Episcopo præstandum.
- 7 Eorundem nomina à Cancellario Episcopali notanda.
- 8 Eorumque aliquo defuncto, quid ab Episcopo curandum.
- 9 Id testis Synodalis officium suscipere, vel iurare recusans, ut compellendus.
- 11 Testium ipsorum quod munus.
- 12 Quæ ad Metropolitanum, vel Episcopum referant, & quando. 13.
- 14 Ad Prouinciale Synodum eorum quis accedat, & quæ ibi prestet,
- & quando discedere liceat. 15.
- 16 Viatici, & viatici sumptum quis illi suppeditet.
- 17 Ad Diocesananam verò Synodum, locauè alia proficisciunt, an aliquid viatici, sumptusque dandum, & à quibus.

4. De Test.  
Synod.



T testium Synodalium munus, sicuti intermis-  
sum est, restituatur; atque non nomine solum;  
sed certis officij partibus, recte per eos gerantur;  
quibus in Synodo, vel Prouinciali, vel Diœcesana  
committetur, hæc de illis, eorumque offi-  
cio statuimus.

2 Primò viri Ecclesiastici etate, moribusque gra-  
ues, prudentes, ac virtutum Christianarum studiosi, & spiritualis vite  
amantes, in Concilio Prouinciali à Metropolitano ex unaquaq; Diœ-  
cesi duo saltē in Synodo Diœcesana; ab Episcopo è Diœcesi sua  
partem, pluresuè, prout expedire viderit, testes Synodales deligantur.

3 Quo in officio meminerit & Metropolitanus, & Episcopus p[ro]m[on]t[er]o, in Concilio Lateranensi ab Innocentio III. sanctitæ, si vel ille in Con-  
cilio Prouinciali, vel hic in Diœcesana Synodo nullos Synodales te-  
stes nominarit.

4 Qui à Metropolitano delecti, & nominati sunt, in eodem Prouin-  
ciali Concilio; qui ab Episcopo in ipsa Diœcesana Synodo iurati, allatia  
sanctorum pignoribus, sancte spondent, ex formula verborum infra  
praescripta, muneris sui partes, infsta constitutas, se executuros esse.

5 Si verò à Concilio Prouinciali abest, qui à Metropolitano nomina-  
tus est, tunc Episcopus, pro cuius Cinitate, vel Diœcesi ille electus est,  
vnius mensis à fine Concilij spacio, eum ad se litteris accersit; cum  
demque ex ipsa praescripta formula iure iurando obstringat, ac ius in-  
randi præstiti testimonium, publica auctoritate munitum, intrâ alium  
mensem, ad Metropolitanum omnino mittat.

6. De Conci-  
lio Prouincia-  
li.

6 Synodalium testium, qui constituto Concilij tempore, à Metro-  
politano in unaquaq; Prouinciae Diœcesi, de more electi pronunciabun-  
tur, si qui absunt, nomina litteris edantur, & confignentur: quibus litteris  
ipsi Metropolitanus Episcopo, cuius Diœcesis causa nominati, ac  
delecti sunt, potestatem faciat astringendi illos iure iurando, quod cer-  
tis cōceptis verbis ex decreto Concilij Prouincialis quarti ab ijs praefla-  
ti oportet. Id Episcopus ubi è Concilio ad stationem Episcopalem te-  
dierit, duorum menium spacio exequatur: deque re ea accuratè prefigili  
ta Metropolitanum per litteras, eo tantum nomine scriptas certiorum  
faciat.

7 Testium verò, qui vel Metropolitanu[m] in Synodo Prouinciali, in Epi-  
scopo ex illius auctoritate delegata ius iure iurando præstiterunt, nomina  
à Cancellario fori Episcopalis certo libro, eius iussu notentur.

8 Si quando testis Synodalis à Metropolitano in Synodo Prouincia-  
li delectus, qui iuratus in aliqua Prouinciae Diœcesi officium illius su-  
cepti muneris gerat; antequām Concilij proximè futuri dies in dicta  
venerit,

Venerit diem suum obierit, Episcopi cura sit de illius obitu Metropolitanum certorem facere, qui alium in illius locum eligat, qui ex verborum formula cœpta etiam iuratus, illius munericis partes in illa die testis Synodalis officio, charitatis zelo, sinceroque debite sollicitudinis studio, strenue in Domino prosequatur.

9. Quicumque siue absit, siue praesens adsit, testis nominatus, id vel officium suscipere, vel ius iurandum præstare recusarit id, ut præstet, 4. Ibidem si Provincialis Synodi testis est, à Metropolitanano; si Diœcesanæ, ab Episcopo compellatur; ac propterea si opus videbitur, cum eo multe etiam, & poenit, censurisue agatur.

10. Ius iurandi autem formula, ex antiquo Canone excerpta, quam 35.q.6.c.6. prestatibunt, hæc est.

Ego N. testis Synodalis à Reuerendissimo Metropolitanu vel, Si in Diœcesana Synodo electus est, à Reuerendissimo Episcopo nominatus, promitto, spondeo, & iuro, quod amodo in ante quicquid noui, aut audiui, aut post modum inquisitus sum, quod contraria voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in Diœcesi, vel regione mihi commissa, factum sit, vel futurum erit, si in diebus meis euenerit, tantum, ut ad meam cognitionem quocumque modo si sciuerem, aut indicatum fuerit mihi, Synodalem causam esse, & ad ministerium Reuerendissimi Metropolitani, aut si Diœcesanæ Synodi est, Reuerendissimi Episcopi pertinere, quod ego nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam vllatenus celabo Reuerendissimo Metropolitano, aut si Synodi est, Reuerendissimo Episcopo, aut eius misso, cui hoc inquirere iussit, quandcumque ex hoc me interrogauerit, sic me Deus adiuuet, & ha sanctorum Reliquie.

11. Iurati testes hoc perpetuo meminerint se non amore, non odio, non inuidia, non spe, non metu, non pena, non premio, non cognatione, non vlla denique re commoueri, aut impediti debere, quominus liberè, & integrè munus suum pro ratione infra prescripta præstet. Quo igitur tempore hoc munus gesserint personas discretas interrogando simpliciter, & de plano, absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigant, hæc que sequuntur. Idque singuli aut in vniuersa Ciuitate, & Diœcesi, aut in regione, vnicuique eorum potissimum, nominatiq; commissa.

An Parochi, Canonici, & alijs quicunq; Ecclesiastici homines, quos residere oportet, presentes in Ecclesijs suis ad sint; anq; rursus si presentes in Parochialibus, vel Canonicalibus, Clericalibusq; cedibus habitent.

An Parochi præterea, aliquaque animarum curatores sollicitè, ut debent, fidelium libi commissorum, saluti inuigilent.

An in sacramentis sanctè ministrandis, in verbi Dei prædicatione, in salutaribus monitis, in rudium, & puerorum ad Doctrinam Christianam

384 Constitutionum, & Decretorum Synodalium

stianam institutione, & in cæteris omnibus curæ Parochialis officijs diligenter munieris partes præstent.

An reliqui, quicunque sint, Ecclesiastici ordinis homines, Ecclesiæ si quam obtinent, aut in qua dignitatem, vel Canonicatum, vel Capellam, vel Ecclesiasticum aliquod munus habent, aut in qua adscripti sunt, oneribus satisfaciant, & præscriptas sibi functiones obeant.

An Ecclesiæ sacrae teœtæ sint; an ornamenti, & suppellectili Ecclesiastica necessaria & congrua instruæ: an in illis, aut eorum comitarijs atrijsuè aliquid inculsum sit, quodque sordibus obsolescat; anno aliquid à religioso cultu, & pietate alienum.

Videant item, an populus in via Domini ambulet; frequensque ad diuinis officijs, & sacris concionibus; & in Ecclesia piæ, religiose versetur; atque dies festos colat.

An iejunium quadragesimæ, quatuor temporum, stataque reliqua Ecclesiæ iejunia, obseruet.

An eisdem decimas, primitias, aliaque debita emolumenta, adumentauè præstare, aut soluere recuset.

An in populo sacrilegi, blasphemii, concubinarij, adulteri, incestu, virginum raptore, an excommunicati, an hæresis, & magia, superstitionumue nomine suspecti sint.

An denique alia in eodem morum corruptelæ, que correctionem, emendationemue requirant.

Dispiciant item, an que Romanorum Pontificum Constitutionibus, Oecumenicis, Provincialibus, Diocesanis que Synodis, Episcoporumque edictis quovis de genere decreta, sanctauè sunt, ab ijs scrutatur, quorum interest, suè Ecclesiastici, suè laici homines sint.

12 Quæcumque verò animaduerterint, que iam decreta, sanctauè nullam adhuc, aut non perfectam executionem habuerint; tunc que rursùs depravata, correctionem, vel reformationem desiderent; et omnia, & singula ordine ad Metropolitanum in Concilio Provinciali: si verò Diocesanæ Synodi testes sunt, ad Episcopum in ipsa Synodo referant. Quod officium, vi & prætent utius, & rursùs ea de causa nullus patiatur impensam, que necessaria non sit, ratio hec omnino seruetur.

13 Qui Provinciali Concilio à Metropolitanano nominati, & constituti sunt testes Synodales, iij tribus ante mensibus, quām Concilij proximè futuri stata dies venerit, quæcumque in urbe, Diocesiu, ubi id officium præstare debent; animaduerterint, que reformationem, aut correctionem requirant, ea in scriptum relata, ad Metropolitanum mittant: testes verò Diocesanæ Synodi mense saltē, antequām dicitur Synodalis venerit, id ipsum Episcopo prætent.

Cum

14 Cūm verò Prouincialis Concilij dies instabit; in unaquaque Diœcesi, eo nomine electi inter se conuenient, vt eorum vnuus, quam Metropolitanus maluerit, si tamen id illis, vel cūm constituit ad hoc munus, vel postea litteris significauit; alioquin is, de quo inter se conuenient, accedat: qui constituta die Concilio præsens ad sit; ac si quæ interroganda, examinanda, aut cognoscenda ab ipso de ijs, quæ præscripta sunt, aut de alijs, quæ Metropolitanus censuerit, coram fideliter respondeat, summaque integritate, prout iurecurando sancte adstrictus est.

Prima verò, vel sequenti, si potest, proxima, post Synodum inchoatam congregatione, aut certè, quām primum potest, referet, & interrogatus respondebit.

15 Quod vbi planè præstiterit, discedat licet: neque post illud tempus, nili Metropolitanus aliter censuerit, sumptus illi pro viatu suppeditur; sed solum tantum pro viatico detur, quantum ad redeundum satis sit.

16 Viaticum autem testi Synodali, ad Synodum Prouinciale pro facienti, & sumptus pro viatu necessarius, quādiu pro munere cōmorabitur, suppeditur aliqua pecunie contributione, quæ satis sit, à Clero eius Diœcesis facta: quæ Episcopus efficiat, vt sine mora, impedimentouē ei omnino persoluatur.

Episcopus testi Synodali ad Concilium Prouinciale venienti viaticum, sumptusque vietiui necessarios à Clero aliquod ante constitutum Concilij tempus contribui, ex Synodi Prouincialis quartę præscripto, iubeat; aut alia ratione, quam potiorem censuerit pecuniam eo nomine necessariam: quæ postea, vt ex illa contributione, mutuanti restituatur, quām primum cureret, ne viatici difficultate impeditus villam venienti moram interponat, sed ad constitutum tempus in Concilio præsens adesse possit.

17 Ad Diœcesanam verò Synodum testibus Synodalibus venientibus, nihil neque sumptus, neq; viatici contribuatur; nili sint, qui Diœcesanę Synodo interesse non debent; atque ijs quidem suppeditur, ad præscriptam Prouincialibus testibus rationem.

Si testis Synodi, vel Prouincialis, vel Diœcesanę à suo domicilio ad aliquem locum pro sui muneri functione inuestigaturus accellerit; vietus expensa, viaticumque ab ijs detur, quorum causa venerit, ad id que dandum Episcopus compellat.

6. De Conci  
lio Prouinc.

4. Ibidem.

### De Monitionibus in Synodo legendis.

SV M-